Viro Eruditissimo et Celeberrimo
Gottlieb Cortio
S. D. P. Burmannus

Scripsi nuper ad te pluribus, nunc, quia nihil adhuc responsi accepi, brevi verbis defungor. Exiit proxima hebdomade Phaedrus meus, cujus duo exemplaria tibi et Ampli. Menckenio destinata, commisit Luchtmannus noster Wetstenio, qui prima occasione se transmissurum recepit. aliam enim viam, qua ad vos perveniant nostra ignoro. Havercampus nunc obscurum quemdam ludimagistrum subornavit, cujus nomen in nova Venaticorum Poetarum editione legetur, ut ipse loquendo jurare possit, se nihil contra me molitum. ne volens ex illo grege, cui nuper adscriptus fuit, melancholici istius. sed habeo quo ejus dolor et artes aperiam. Tu vale et me ama raptissime. Leidae. a. d. XII Jun 1727.

43 v

A Monsieur

Mr. Gotlieb Corte

Professeur en Droit

3 à

Leipsig